



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus  
voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. III. Scientia media tollit à Deo rationem primæ causæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77132)



sublimatus est ad talem dignitatem, & electus ad filiationem naturalem: Quod eius bonum (inquit) quatenusque praesens? quid agit ante? quid credit? quid petit. ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Ergo &c. Sequela autem Majoris probatur ratione jam adducta. In si-  
 gnificatio rationis antecedente decreto praedestina-  
 tionis Christi una ex his propositionibus contra-  
 dictorijs, *Christus merebitur, Christus non merebitur,*  
 est determinate vera: scilicet ista, *Christum me-  
 ritur*: Ego in illo signo rationis Deus cognos-  
 cit talem veritatem, & ipsa merita Christi futu-  
 ra; ac proinde non potest non moveri in actu il-  
 lorum ad ipsum praedestinandum. Unde olim  
 Ariani tali praesentia uti sunt ad suum errorem  
 comprobandum, ut constat ex Epistola Alexan-  
 dri Episcopi Alexandrini ad algerum Alexandri  
 Episcopi Constantinopolitanum, quae habet  
 tur in actis concilij Niceni tomo I. Concilio  
 Constatinensi enim Christum non esse Filium  
 Dei per naturam, sed solum per gratiam el. etum  
 fuisse ad eam dignitatem & excellentiam, cum  
 illis objiceretur, unde esset quod sanctus Petrus  
 ait Paulus non fuerit similis facti filij Dei, re-  
 ceptant ad praesentiam boni ulius liberi arbi-  
 trij futuri. Tunc (inquit Alexander) omne iuxta  
 ergo Deum pietate ac reverentia, autem: Deum cum praesentia  
 & praesentione praeferret neutiquam ipsum a-  
 spectatum, idcirco ex omnibus elegerit &c. Quare  
 doctissimus Gaspar Ram, primarius Moderator  
 Academiae Olcenis relect. 3. de scientia condi-  
 tionatorum, concl. 5. refert. primum scientiam  
 mediae inventum ad Arianos, & ad Origenem  
 lib. 3. Petriarchon cap. 1. & 2. licet ibi non ita  
 clare eam expresse sit Origenes, sicut postea Mal-  
 filienfes, & Fantus, qui in hac assertionem perpe-  
 tuus fuit, nisi praesentia exploraverit, praedestinatio  
 nihil decernit.

§. III.

Scientia media tollit à Deo rationem primam  
 causam.

137. **P**ater hoc inconveniens ex supra dictis: ut e-  
 nim articulo praecedenti ostendimus, Deus  
 non potest esse prima causa futuritionis condi-  
 tionatae rerum contingentium, & ordinis ad exi-  
 stentiam sub conditione habendam, qui in ea in-  
 ducitur, & per quem futura conditionata à me-  
 re possibili distinguuntur, nisi mediante ali-  
 quo decreto subjective absoluto, & objective  
 conditionato, quò voluntas divina determinet  
 illis dare esse, si poneretur aliqua conditio: At-  
 qui scientia media talia decreta excludit: Ergo  
 138. rationem primam causam à Deo tollit.  
 Neque hoc inconveniens effugiunt Adversarij,  
 agnoscendo dependentiam conditionatorum  
 à decreto futuro & ponendo, si poneretur condi-  
 ditio. Licet enim existentia rei conditionatae fu-  
 turae non sit praesens futuritionis tempore, ordo  
 tamen ad illam praesens est, ut docet D. Tho-  
 mas quaeft. 12. de verit. art. 10. ad 2. & causae se-  
 cundae inclinationem & ordinationem de facto  
 habent ad causandum effectum, qui est condi-  
 tionate futurus. Item veritas objectiva de tali  
 futuro praesens est futuritionis tempore; nec  
 manet insulpena, & à conditione pendens, sicut  
 ipsa futuritio: unde cum talis ordo ad existen-  
 tiam & veritas illa objectiva, quae non est natu-  
 ralis & necessaria, sed libera & contingens, exi-

**A**gant aliquam causam actualem & praesentem,  
 non potest salvari in Deo ratio primae causae, nisi  
 in illo admittatur decretum aliquod conditio-  
 natum, actuale & exercitum, nec sufficit futurum,  
 seu ponendum, si poneretur conditio.

**B** Addo quòd, cum decretum illud conditio-  
 139. natum futurum & ponendum, si poneretur conditio,  
 ad quod recurrunt Adversarij, non sit praedeter-  
 minans, sed purè indifferens, & à voluntate cro-  
 ta determinabile, quantum ad speciem actus;  
 determinata futuritio rerum contingentium &  
 actuum nostrorum liberorum in illud, ut in primae  
 causam reduci nequit: nam ut ait D. Thomas 3.  
 còtra Gent. cap. 2. Quod indifferenter se habet  
 ad multa, non magis unum operatur, quam aliud.

**C** Addo etiam, quòd cum juxta Adversarios con-  
 140. cursus creatus determinet divinum, & determi-  
 nans prioritate saltem naturae debeat praecedere  
 determinabile, concursus creatus aliquo modo  
 praecedit divinum, & consequenter illius causa-  
 litatem sub aliqua ratione subterfugit; prius e-  
 nim non dependet à posteriori tanquam à causa.

**C** Infra etiam ostendemus, scientiam mediam  
 141. eximere à divina causalitate determinationem  
 voluntatis humanae, quae est aliqua entitas, vel  
 saltem modus & formalitas entis: Sed causalitas  
 causae primae debet esse universalissima, & se  
 extendere ad omne ens & modum, aut formalita-  
 tem entis, ut docet D. Thomas 1. Perihierm.  
 lect. 14. ubi ait: *Voluntas divina est causa quadam  
 profundens totum ens, & omnes ejus differentias.* Et D.  
 Augustinus 1. Confess. cap. 6. ubi docet supremum  
 Dei in res omnes dominium ex eo fluere, quòd  
 usque ad eorum fundum, id est ultimum essentiae  
 gradum effectus sit: Ergo scientia media tollit à  
 Deo rationem primae causae.

§. IV.

Scientia media tollit à Deo rationem primi  
 liberi.

**D** Probatur primò: Primum liberum debet  
 142. esse causa non solum remota, & mediata, sed  
 etiam proxima & immediata totius libertatis cre-  
 atae & participatae; sicut primum ens debet im-  
 mediate causare & efficere omnem entitatem &  
 existentiam creatam & participatam à rebus; pri-  
 mum enim in quolibet genere debet esse causa  
 ceterorum: At scientia media subtrahit à Deo  
 rationem causae proximae & imediae respectu li-  
 berae determinationis nostrae voluntatis, quae est  
 aliqua libertas creata & participata; implicat eo-  
 nim liberam determinationem nostrae volunta-  
 tis causari à decreto indifferenti & determinabi-  
 li à voluntate creata, quantum ad speciem actus,  
 quale admittunt Assertores scientiae mediae: Ergo  
 illa tollit à Deo rationem primi liberi.

**E** Probatur secundò: Primum liberum debet  
 143. esse primum eligens & primum determinans; e-  
 ligere enim & determinare est proprius actus  
 libertatis: At scientia media tollit à Deo ratio-  
 nem primi eligentis & primi determinantis; cum  
 supponat electionem & determinationem vo-  
 luntatis humanae conditionate futuram ante om-  
 nem electionem, seu ante omne decretum a-  
 ctuale & exercitum voluntatis divinae; Ergo sci-  
 entia media tollit à Deo rationem primi liberi.

**E** Confirmatur: Illa causa prius eligit & prius  
 144. determinat, quae per se primò attingit in effe-  
 ctu aliquam rationem priorem & nobiliorem  
 illa,